

149904

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA =====

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA =====

==== JOANNS

B. FRANCESIA =====

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA =====

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA =====

==== JOANNIS

B. FRANCESIA =====

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA =====

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XV.

ROMAE, Mense Septembri MCMXII

Num. IX.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum
Rakiewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna .."

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CANADA

apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

apud
Librairie Granger Frères

Montreal
1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos viliae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissilis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem expiere desideria sua possit.

PRETUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italianam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

ad Societatem Editricem Romanam

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

Ann. XV.

ROMAE, Mense Septembri MCMXII

Num. IX.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

Divina inspiratio iuxta S. Thomae Aquinatis mentem.
Selecta ex bibliothecis et archivis. De inre latinam linguam augendam novis vocabulis.
Humilem spiritu suscipiet gloria!
Iudi puerorum apud Italos. Acream museum insitare.
Epigraphica.
Colloquia latina. Vestitus et deambulatio matutina.
Pontificiae aedes Viterbiæ.
Acta Pontificia. Sanctissimi Domini Nostri Pii Divina Providentia Papae X Epistola Encyclica ad Archiepiscopos et Episcopos Americae Latinæ de conditione Indorum.

Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimæ selectæ. Ex Commissione de Re Biblica.
Diarij um Vaticanum. Coram SSmo. admissiones. — Pontificiae electiones.
— Vita funeti viri clariores. — Varia.
Annales. — Bellum inter Italos atque Turcas. — Mauritanæ res.
Publici per orbem coetus legibus ferondis.
Per orbem.
Constantinian pacifici decreti memoria latine in scenis acta.
Ilibr. recens dono accepti.
Iust. Memori florentes aetatis. — E discipulo Magister.
Aenigmata.
Appendix; Anthea.

DIVINA INSPIRATIO IUXTA S. THOMAE AQUINATIS MENTEM

Tria Ecclesiae Concilia, Florentinum, nempe, Tridentinum et Vaticanum, de sacrorum librorum auctore, eorumdemque librorum inspiratione sermonem fecerunt. In Decreto siquidem pro Iacobitis, a Concilio Florentino lato, legitur (Denz., 600): « Unum atque eundem Deum Veteris et Novi Testamenti, hoc est, legis et prophetarum atque evangelii profitetur auctorem: quoniam eodem Spiritu Sancto inspirante, utrinque Testimenti Sancti locuti sunt ».

Concilium autem Tridentinum (Sess. IV, *De canon. Scripturis* — Denz., 666) statuit « S. q. autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueverunt, et in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris et canonicis non suscepit.... a. s. ». Denique Vaticanum Concilium (Sess. III c. 2 *de Revel.* — Denz., 1636) de libris sacris ait: « Eos vero Ecclesia pro sacris et canonicis habet, non ideo, quod sola humana industria concinnati, quod revelationem sine errore contineant; sed propterea, quod Spiritu Sancto inspirante conscripti Deum habent auctorem ».

Sed quid sub « inspirationis » voce tria praefata Concilia significare voluerunt?

Paucis abhinc diebus Prof. Pope (1) fatebatur theologos, qui Conciliis Florentino, Tridentino neconon Vaticano interfuerunt, Scholasticos esse, librumque rursus, quem in suis adhibuerunt decisionibus uti ducem, Summam Divi Thomae Aquinatis fuisse. Facilius propterea ad divinae inspirationis intelligentiam perveniemus, si Scholasticorum *Principis* mentem circa eamdem divinam Inspirationem investigabimus.

(1) *The Scholastic View of Biblical Inspiration*, etc. p. 5.

Hisce omnibus fas est addere, quae F. Girerd ultimis scriptis temporibus (1), videlicet, quamvis multa circa divinae inspirationis indolem in lucem prodierint, nullum progressum esse habitum, fereque nos cogi in divinae inspirationis conceptu a S. Thoma olim tradito manere.

* * *

Quae ex Doctoris Angelici scriptis nobis apparent, dum de prophetia sermonem habet (2), huiusmodi sunt:
a) Omnia quae ad cognitionem pertinent, sub prophetia comprehendendi possunt. — b) Prophetia secundario consistit in locutione, prout prophetæ ea quae divinitus edociti cognoscunt, ad aedificationem aliorum annuntiant. — c) Ad prophetiam requiritur inspiratio, quantum ad mentis elevationem. Merito propterea quae ab Angelico praecepte circa prophetiam scripta sunt, ad ipsammet Inspirationem extendenda esse videntur. Hinc:

I. — Inspiratio, mentis quaedam elevatio est, a Spiritu Sancto effecta. En Angelici verba: « In prophetia requiritur quod intentio mentis elevetur, ad percipienda divina. Unde dicitur Ezech. II, 1: Fili hominis, sta super pedes tuos, et loquar tecum. — Haec autem elevatio intentionis fit Spiritu Sancto movente; unde ibidem subditur: Et ingressus est in me spiritus, et statuit me super pedes meos. Postquam autem intentionis elevata est ad superna, percipit divina ». (3)

II. — Inspiratio, intellectus neconon voluntatis scriptoris sacri, motio quaedam est. « Nec lumen predictum, — inquit Angelicus, — (prophetia) remanet mente, nisi quando actualiter divinitus inspiratur. Et inde est quod sancti de prophetia loquentes, de ea per medium passionis loquuntur, dicentes eam inspirationem vel tactum quendam, quo Spiritus Sanctus dicitur tangere cor prophetæ.... Est quaedam vis (spiritus pro-

(1) *Annales de Philos. Chrét.* — Mars, 1904, p. 621.

(2) II-II^o p. q. CLXXI, a. 1. ad 4. *Lege etiam Prolog.*

(3) Ib.

ANTHEA

(7)

(Ex fabula H. SIENKIEWICZ Poloni: *Eamus ad Ipsum*).

Ceterum quae subiecta oculis fuerant ita mulieris animum affecerant, tam alte insederant menti, ut ab earum rerum cogitatione aut sermone vix abduci posset. Intento ore asidebat pater nec obiiciebat quidquam: interdum de viri doctrina percontabatur quae-dam, irrito plerumque studio, quod explicari a filia non plura possent, quam quae a Pontio Pilato accepisset.

*Et iam nox humida caelo
Praecipitat, suadentque cadentia sidera sonnos.*

Itaque, remotis arbitris, quieti se tradit mulier. Ecce autem nondum plane sopita, sive aurium ludi-brium, sive vera res fuit, audire sibi visa est effusum per auras concentum mire flebilem, his modis:

*E caeli gremio nostras deductus in oras,
Collibus aeternis genitus, stirps alta Parentis
Aequaevi, intactae soboles spesque unica Matris,
Ederet e molli cum primum cespite florem
Halantemque avidas calicem proferret ad auras,
Excidit insano correptus turbine. Mutus
Cuncta dolor terrorque tenet, pavidusque refugit
Grandia naturae miratus funera Titan.
Eheu nutantem concussis axibus orbem
Effugere, et caelum pallenti luce cruentum
Quis dabit? Adsitis, Superi, vastamque ruinam
Aeternis sufferte humeris: quo pondere tanta
Iam premitur moles? quae nunc extinguitur heu lux?* (1)

149904

His erecta vocibus diu haesit, multa animo agitavit, uberes effudit lacrimas, donec ignota quadam consola-tione perculta ac quasi fatigata in somnum decidit.

Ubi novus illuxit dies, omnium fulgidissimus, dor-mientem excitavit puerorum ac virginum, ut videbatur, chorus, ea gratia vocum tamque suavi sono, ut putares canere inter auras Charitum concordiam:

*Funde Sion carmen: salve mihi splendida Solis
Purpura; salvete o virides in collibus herbae
Et gemmae roris zephyrique tepentis odores.
Quam serpit dulcis circum praeco dia sanguis!
Instaurate aras, dabimus mox thuris odores
Mundaque purpureo spargemus limina flore.
Funde Sion carmen: longae post tempora brumae
Impia silva ruit, iesseia germinat arbor.*

(1) Hos et insequentes versus, quemadmodum alia non pauca, suo marte scriptor latinus finxit.

Quo cantu delectata mulier risit tam blandum, ut nihil ea forma posset cogitari pulchrius. Adiere parens et coniux, quibus nullae fuerant auditae voces, admiratique oculos clariores stellis extra lunam fulgentibus et roseo colore suffusas genas, suismet oculis detectabant fidem. Iamque in spem novam erectus animi pen-debat Cinna, deberetne humi se prosternere diisque agere immortalibus gratias. Verum, quum in eo esset ut poplites flecteret venerabundus, revocatus est ab uxore petente ut in atrium sub umbra palmae defer-retur.

Ibi aliquot horas spatiati viri periculum meridian temporis anxii exspectabant, eo magis quod videbatur aegra in dubium soporem incidisse. Cinna, qui omnia facilius quam moram illam perpeti poterat, metum inter et spem, dormientis anhelitus pene numerabat singulos. Fit tandem aliquando meridies. Anthea, repente rese-ratis oculis:

— Arripe — inquit — me manu, Cai.

Expalluit Cinna, ratus umbras terrificas de more adesse mulieri.

— Videsne — inquit Anthea — prodeuntem lucem illam meque petentem?

— Obsecro: averte inde oculos.

At illa gestienti laetitia:

— Ecce lucem — exclamat. — Agnosco hominem: Ipse est: en mihi subridet: transfixas ad me tendit manus. O inaudita misericordiae virum, imo Deum! Ipse me sanat: Ipse me vocat.

Ad haec Cinna tremebundus:

— Eamus — inquit — eamus ad Ipsum.

Desiluit lecto mulier iis animi et corporis viribus, quibus usa fuerat antea nunquam. Simul autem caeco quodam impetu decurrentibus obviam fit Pontius Pi-latus, citato cursu anhelus abstergensque frontem sudore diffluentem.

Is ancipiit inter cachinnum et stuporem vultu:

— Audistisne? — inquit. — Excitatum aiunt a mortuis Nazarenum.

Cui Anthea:

— Scimus; quaeso, ne moras afferas. — Arreptaque viri manu: — Eamus — inquit — eamus ad Ipsum!...

P. ANGELINI.

FINIS.



SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exterhas gentes**, quo facilius satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in com-modum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensa-rum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redditum conver-sionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

DILIGENTIA IN OPERE - TEMPERANTIA IN PRETIO

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA ===

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

SATURIO

COMOEDIA = = = =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 1.00

17661

Ann. XV.

ROMAE, Mense Octobri MCMXII

Num. X.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Premium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna.."

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN CANADA

apud
Burns and Oates Librairie Granger Frères

London W. Montreal
28, Orchard Street, 1699, Rue Notre-Dame